Fragmentarium

ſemina lata ſeges· Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amica·
Mertibus obſtructis obruet unda rates. Extra fortunam eſt
quicquid donatur amicis· Quas dederis ſolas ſemper habebis
opes· Verum quoniam mihi uiſus es Areophile pluſculum
quam equum ſit fortune largiri aliquamdiu in hac re uerſari
animus est· Non enim adeo late patet illius dicio ut tibi ſua
ſumere. non eſt profecto illi data regni ullius deſtitutio·
Non eſt ſibi uis ulla inſita ad euertendas opes· Sed ſi quid
est quod celo locandam ducis· Iuuenalis illud eſt quod ſic ſen
tias· Nos facimus fortunam deam celoque locamus· Miror
profecto hanc tibi infenſſam eſſe cui tanta tribueris· Sed
meis ſit fides uerbis. animum tuum ad id credendum
inducito ut celi felicesque non admittat illam tuam nec dum
intellectam fortunam· Spirant enim celeſtia illa corpora res
quas fortunas dediſti· per uarios illorum aſpectus ſitus
motus in his inferioribus agi neceſſe eſt· Age age huic
annus referſerit terre mineras auro alter iacinctis ef
fundetque. morborum grauem uim alter. bella alius· Conciet
alius procellas horrentes hic tu tuam celocem· uel nauim· ſi fluctus
ſorbeant iratam tibi fortunam credideris· Tibi nocturne
lumine eſt qui lucem ſolis exhorreas· Conſultius dictum eſſet
ſi ad altissimam celi regionem illam hec retuliſſes· Que uo
lenimenta tute dediſti lapſis rebus Vrbana eſſe hec fateor
et boni patris familias· placetque ad id ut me redi
geris quod ab oratoribus in tres patres familias quo neſcio

License: public_domain – Göttingen, Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen, Cod. Ms. Morbio 1 b, 6r – Philippus Ariminensis, Symposium de paupertate (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8l46/11343/82224)